



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Depositio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

**Nau. c. 25, nu. 46.*

Addit. Peccat denunciatus, quæ probare non potest. *Nau. in c. Inter verba concl. 6. nu. 23.* Accusare non potes crimen, etiam in damnum commune, quod probare nequeas, teneris tamen denuntiare Iudici, ut inquirat, *Salon. q. 68. art. 1. concl. 2. Ad Nau. cons. 10. nu. 5. & 11. num. 4. de off. Iud. ord. neminem denuntiare debere dicit, quæ probare non potest, vnus autem testis sufficit. Nau. in c. Inter verba 1. nu. 779. & c. 25. nu. 33. proditio autem, & hæresis secreta denuncianda. ibid.*

Hæreticum, quem scis resipuisse, non teneris denuntiare. *Tol. l. 5. c. 1. nu. 3. Sor. l. q. 5. art. 1. Nau. l. c. num. 46.*

Cum scis, aut probabile est, non esse aliquem hæreticum pertinacem, non teneris denuntiare, nisi admonitus videatur pertinax. *Tol. l. 4. c. 5. nu. 1. Vide Graff. p. 1. c. 6. nu. 18. l. 2. Cast. l. 2. c. 25. de iust. h. p.*

Depositio.

1. **D**epositus retinet priuilegium Fori, & Canonis. Vide Excommunicatio.

**Vide Tol. l. 1. c. 17. num. 6.* Depositio verbis, degradatio actu fit, priuat depositio honore, & dignitate. *Maiol. l. 3. de irreg. c. 12.*

2. Depositione digna sunt stuprum, incestus adulterium, & omnia adulterio maiora (quin etiam c. *Peruenit. d. 59.* indicat sufficere fornicatio-

cationem) item furtum, periurium, homicidium, etiam solo consilio vel hortatione factum, & omne crimen inducens irregularitatem: denique quiduis enorme iudicis arbitrio.

* Quando infligatur depositio, docet *Glo. q. 8. in summa.*

3 Depositus sine degradatione per Episcopum, ab eodem potest restitui. Quidam tamen addunt, nisi ob crimen sit depositus adulterii maius.

* Sed non solent depositi ad clerum restitui. *ex c. Qui semel. c. Peruenit. d. 50. Mayo. l. c. nu. 4.*

Depositum, vide Commodatum.

1. **D**epositum, vel commodatum missum per hominem habitum fidelem ad minimum, ei perit: item si pereat apud depositarium, vel commodatarium, sine culpa ad alius interitum aliquo modo ordinata, aut perinde apud dominum fuisset periturum.

* De Deposito *Garzias c. 1. Mol. à d. 522. l. 3. cap. 36. Salon q. 62. art. cont. 6. Nau. cap. 1. num. 180.*

* *Nau. l. c. nu. 185. Syl. Commodatum. num. 7. per p. 1. c. 97.*

Aut Syl. vers. Mora. q. 4.

2 Deposita apud te, vel commodata, ea solius deponentis in periculo postponuntur sunt tuis omnibus: si verò causa utriusque æqualibus; si tua causa solum, tuis prioribus.